



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De iis qui in fide obierunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)


D. IOAN. DAMASCENI,
QVOD II, QVI CVM FIDE EX HAC
VITA EXCESSERVNT, VIVORVM MIS-
sis, ac beneficiis iuuentur, Oratio.

A **S** VAVIBVS & exquisitis cibis propositis sæpenumerò non ij tantum, qui fame laborant, & ad edendum attrahuntur, sed nõnunquam etiam ij, quos iam satietas cepit, extimulantur: quemadmodum etiam poculis ingenti suauitate atq; fragrantia præditis non illi duntaxat, qui siti afficiuntur, sed illi quoque, qui sitim expleuerunt, ad bibendum illiciti solent. Atque item, qui opum cupiditate flagrât, cùm amplissimas diuitias adepti sunt, amor tamen eos huc adigit, vt occasiones vndecunq; captent, quibus quotidie facultates suas augeant. Ad eundem igitur modum, ô præstantissima & selecta Ecclesiæ Dei membra, sacerdotes & Patres, fratres, matres, ac filij charissimi, nec diuinorum oraculorum fames, nec sacrarum disciplinarum sitis, nec rursus diuinæ scientiæ penuria, vt ad eas, quas nunc proponimus, sermonis epulas accumbatis, efficit: verùm cupiditas verè diuino beneficio insita, quæ de virtute in virtutem, & de gratia in gratiam, & de memoria in commemorationem nos prouehit. Plerumque etenim vsu venit, vt quod homines adulta ætate fugit, hoc puer inueniat: & quod eruditos præterit, indoctis in mentem veniat: & quod magistros fefellit, discipulis occurrat. Quanquam ne hac quidem oratione mihi ad vos vtilicet. Quin potius vt qui racemulum aliquem post vindemiam relictum, aut spicam post demessas fegetes ob ingentem frugum copiam neglectam, aut denique poma aliquot, post collectos arborum fructus obliuione transmissa congesterunt: ita nos, Christo Deo vero adiuuante, ac sermonem per opera confirmante,

C ² eos qui voluerint, epulis accipiemus. Ergo serpens ille atque execrandus hostis, qui circa præclaras ac Deo gratas actiones omnes & cogitationes serpit, ac iugulatur, qui que fraterna charitate perstringitur, & fide disrumpitur, & mutua commiseratione concutitur, ille inquam confceleratus ac nefarius nouum quoddam & absurdum, sacrisque sanctionibus omninò contrarium dogma quibusdam in animum iniecit, nempe pia omnia opera, quæ mortem sequuntur, nullam omninò defunctis vtilitatem afferre. Conclufit enim, inquit Scriptura, Deus aduersus eos. Et, Reportabit vnusquisque per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum, siue malum. Et, In inferno quis confitebitur tibi? Et rursus, Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Ac denique, Quod quisque seminauerit, hoc & metet. At, ô sapientes viri (sic enim eos alloquamur) peruestigate, quæso, atque istud discite, magnum quidem Dei omnium Domini metum esse, verùm multò maiorem bonitatem: & horrendas quidem ac pertimescendas ipsius minas esse, ceterùm ipsius benignitatem nulla coniectura percipi posse: ac deniq; in ipsius sententiis ac suppliciiis quanquam terroris multum insit, rursus tamen miserationum ipsius pelagus omnem orationis facultatem superare. Animaduertite enim, quid Scriptura sacra de Iuda Machabæo memoriæ prodiderit, nimirum eum in Sion regis magni ciuitate, cùm populum, cui præerat, ab exteris hostibus cæsum & obruncatū vidisset, sinúsque eorum excutiens, condita in ipsis Idola cõperisset, statim expiãdi huiusce sceleris causâ Domino, ad misericordiam prompto atque propenso,

NN iij

pro vnoquoque eorum munera obtulisse: in eaque re summæ pietatis & charita-
tis munere perfunctum fuisse. Vnde etiam factum est, vt diuina Scriptura, quem-
admodum omnibus aliis nominibus, ita hoc quoque nomine summis cum lau-
dibus euekerit, ac mirificè commendarit. Porro autem Verbi discipuli atq; con-
spectores, à quibus orbis vniuersus captus est, illi inquam Saluatoris discipuli, ac
diuini Apostoli, vt in tremendis ac puris vitamque afferentibus mysteriis, eorū,
qui cum fide diem vitæ extremum clausissent, memoria fieret, instituerūt. Quod
etiam firmè atque constanter, ac sine vlla controuersia Catholica & Apostolica
Ecclesia, ab extremis finibus ad extremos vsque fines, ab eo tempore ad hunc vs-
que diem semper retinuit, ac tantisper dum mundus hic erit, retinebit. Nec verò
inconsideratè ac temerè & sine ratione hoc ab illis est institutum. Nequè enim
quicquam, quod vtilitate careat, Christianorum religio, quæ ab omni errore alie-
na est, suscepit, fixumque semper ac stabile retinuit: sed frugifera omnia, Deoque
grata, atque accepta, maioremque in modum vtilia, atque ita comparata, vt maxi-
ma ex iis salus oriatur. Quocirca eruditissimus ille, atque in explicandis rebus di-
uinis exercitissimus Dionysius (libet enim, quò planius fiat, id quod proban-
dum institui, diuina ac veneranda ipsius verba vsurpare) in mystica sua de iis qui
mortem obierunt contemplatione, disertè hoc asserit, sanctorū preces in hac quo-
que vita, nedum post mortem, in iis qui sanctis precibus digni sunt, hoc est piis ac
fide præditis, efficaces esse: (Non est autem dubium, quin hoc loco per voculam
hanc, Nedum, nihil aliud intelligendum sit, quàm, quantò magis.) Non enim di-
uinus pontifex, ac diuinæ iustificationis interpret ea vnquam in animum induce-
ret postulare, quæ Deo quam gratissima non essent, quæ quæ ipse se daturum mi-
nimè recepisset. Ob idq; propheticis, hoc est iis, qui baptizati non sunt, cum è vita
decesserint, ista hæcquaquam precatur, atque optat. Et rursus: Diuinus itaq; pon-
tifex, quæ Deo grata sunt, postulat, quæq; ille prorsus daturus est. Ac rursus: Hoc
igitur supplex à diuina bonitate petit pontifex, vt errata per humanam imbecilli-
tatem admissa, ei qui è viuus excessit, remittat, eumque in viuientium regione col-
locet, in sinu Abrahamæ, Isaac, & Iacob, in loco vnde profugit dolor, & tristitia &
gemitus: dissimulante nimirum pro sua * bonitate diuina clementia maculas eas,
quas is, qui vita abiit, ex humana fragilitate contraxit. Quandoquidem nemo, vt
sacris oraculis proditum est, mundus est à forde. Vidésne aduerfarie, quemadmo-
dum preces eas vtilis esse affirmet, quæ pro iis adhibentur, qui spe diuina freti vi-
tam cum morte cõmutarunt? Post hunc autem rursus Gregorius ille, qui à Theo-
logia cognomentum traxit, in ea Oratione quam in Cæsarij fratris funere habuit,
de matre sua ad hunc modum loquitur. Audium est, inquit præconium, dignum
quod ad omnium aures perueniat. Ac matris mæror per egregiam ac sanctam
pollicitationē, qua se filio, quicquid opū ipse habebat, ipsius nomine in parentale
munus oblaturā recepit, exhauritur. Et aliis quibusdā interiectis: Atque hæc sunt,
quæ à nobis proficiscuntur. Ac quædā iam persoluimus, quædam rursus persol-
uemus, anniuersarios nimirum honores ac commemorationes offerentes. Cernis-
ne vt præclara & pia ea munera esse asserat, quæ eorum, qui vita functi sunt, no-
mine Deo offeruntur: anniuersariisq; commemorationes ab eo lubèter admit-
ti? Deinceps ille verè aurea loquens, atque ab auro cognomentum nactus Ioan-
nes, ille inquam amoris erga pauperes ac poenitentia dux & magister, in luculen-
tissima sua enarratione in Epistolas ad Philippenses & Galatas his verbis vitur:
Nam cum Gentiles simul cum iis, qui mortem obierunt, bona sua comburant,
quantò tandè æquius est te, qui fide præditus es, operā dare, vt eius, qui fide præ-
ditus erat, bona cum profequantur? non vt ea in cinerem, velut illa, dilabantur:
sed vt maiorem ipsi gloriam concilies, ac, si peccator erat is, qui fati concessit,
eius peccata deleas: si autem probus ac iustus, ea illi in mercedis ac remuneratio-
nis cumulum cedant. Et rursus in altera Oratione: † Excogitemus quemad-
modum de iis, qui obierunt, bene mereamur. Auxilium, quod nobis in prom-
ptu

In Missa
mortuorum
memoriam
agere, tra-
ditio A-
postolica.

Christiana
religio nihil
habet, quod
vtilis non
sit.

Hierarch.
Ecl. cap.
7.

φιλανθρω-
πίας λέγο-
μεν cum manu-
scripto codi-
ce. nō in dō-
vitiis.
Iob. 25.

Hom. 3. ad
Philip.

Aptu est, ipsis offeramus, hoc est elemosynas, & oblationes. Id enim vberem fructum atque ingentem vtilitatem ipsis accersit. Non enim hæc frustra ac temere instituta, Ecclesiæque Dei à sapientissimis ipsius discipulis tradita sunt, nimirum vt sacerdos, pro iis qui in fide obdormierunt, in tremendis mysteriis vota faciat. Probè siquidem norant hinc ingentem quæstû & vtilitatem ad eos redire. His etiam astipulatur doctissimus Gregorius Nyssenus ad hunc modû loquens: Nihil incosulte atque incassum à Christi præconibus & discipulis proditum est, & in omnibus Dei Ecclesiis obtinuit: verum id vtile ac Deo gratum est, nempe vt in diuino ac splendidissimo sacro, eorû, qui è vita in recta fide discesserunt, memoriam agamus. Hæc enim, Tu reddes vnicuique iuxta opera sua, & Quæ quisque seminauerit, ea & metet, & quæ his similia sunt, proculdubio de Creatoris aduentu, & horrenda illius temporis sententia, atque huiusce mundi consummatione dicta sunt. Tum enim ferendi auxiliij neutiquam tempus erit: verum omnis deprecatio frustra adhibebitur. Solutis enim nundinis, negotiari iam ac quæstum facere licet. Vbi enim tum pauperes existent? vbi Misera? vbi psalmorum cantiones? vbi beneficia & probæ actiones? Ac proinde ante horam illam id curemus, vt alij alijs opitulemur, ac benigno & hominum atque animarum amatî Deo ea, quæ ex fraternæ charitatis officio sunt, offeramus. Perlubenter enim id accipit, iis que, qui improuiso, atque, vt ita dicâ, imparati ex hac vita discesserunt, eas, quas propinqui ac familiares ipsi offerunt, prætermissi officij vices ascribit, perindeque reputat, ac si ipsimet his operibus functi fuissent. Sic enim facilis ille ac clemens Dominus à se postulari vult, ea que tribuere, quæ ab iis, quos creauit, ad salutem petuntur. Ac tum demum ad eorum preces omninò inflectitur, cum quis non modò pro animæ suæ salute contendit, sed proximi quoque causa operis aliquid nauat (hac enim ratione Dei similitudinem in se expressam refert) aliorum que dona, vt sua beneficia, petit, ac perfectæ charitatis metam attingit, beatitudinemque, dum de proximi anima bene meretur, quammaximè percipit. Quidnam autem est, quamobrem graue ac molestum hoc quibusdam videatur? An non ea, quæ martyrio prima perfuncta est, Falconillæ vita functæ salutem attulit? At dices fortasse, hanc meritò, quia princeps martyr erat, hoc consecutam esse, æquum que fuisse preces ipsius exaudiri. Rectè, inquam, ais, eam primam martyrem fuisse. Velim autem hoc rursus consideres, cuiusnam causa postulabat. Nempè pro Gentili, & Idolorum cultrice, prophanæque prorsus opifice, atque à Christo auersa. Hic autem fidelis pro fideli ad eundem Dominum preces fundit. Fac igitur alterû cum altero compares, vt res ipsa exaquetur. Cõfer te rursus ab his ad alia eiusdem generis & facultatis, nimirum ad Lausiaca illam Palladij historiam, in qua miracula à magno ac mirifico viro Macario edita verissimè perscripta sunt. Is etenim de iis qui fatis concesserant, sic cum quoddam cranium sciscitatus, omnia perdidit. Cum que ex eo quæsiuisset, Nunquàmne igitur solatij aliquid inuenitis? (Vsitatum enim ac familiare sancto viro erat, pro iis, qui è vita migrauerant, vota facere, auebatque scire, an fructuosa illæ atque vtilis essent) hoc Dominus, cuius mirus erga animas amor est, seruo suo indicare exploratum que reddere volés, veritatis sermonem sicco illi cranio inspirauit. Quo tempore, inquit, mortuorum causa preces offers, tum sanè nonnullius solatij sensu afficimur. Rursus, alij cuiuspiam è diuinis Patribus, cuius discipulus quidam negligenter vitam instituebat, tandemque in ea incuria extremum vitæ spiritum ediderat, ille singulari misericordia atque erga animas beneuolentiæ præditus Dominus, senis lachrimis precibusque commotus, eum instar diuitis illius, de quo in Lazari historia mentio fit, ad collum vsque deflagrantem ei ostendit. Ac deinde, cum senex permultis sese laboribus afflixisset, Deum que cum lachrimis obsecrasset, ad zonam vsque rursus demonstrauit. Posteaque item, cum vir sanctus labores laboribus adiunxisset, liberum prorsus eum, atque ab ignis ardore vindictam per visum seni ostendit. Et quisnam tot de his rebus testimonia, in San-

*Loca Scri-
ptura ex-
planata.
Psal. 61.
Gal. 6.*

LUC. 16.

Etorum vitis ac diuinis reuelationibus sita, ordine recensere possit, quibus id per-
 spicue ostenditur, defunctis, etiam post mortem, preces eas ac Missas & eleemo-
 synas, quæ pro illis fiunt, magnoperè prodesse? Neque enim, quicquam eorum,
 quæ Deo mutuo dantur, omnino interit: verum cum maximo fœnore ab eo re-
 penditur. Nam quod ad illud Prophetæ attinet, In inferno quis confitebitur ti-
 bi? superius iam à nobis dictum est, minas quidem illius omnium rerum inspe-
 ctoris graues atque horrendas esse: verum eas ab ipsius humanitate, quam nulla
 oratio assequi potest, superari. Siquidem postquam hæc Prophetæ locutus est,
 fuit profectò quibusdam in inferno confessionis locus, iis videlicet, qui in salu-
 tari Domini descensu fidem amplexi sunt. Neque enim ille vitæ author omni-
 bus sine exceptione salutem attulit: sed iis demum, qui illic quoque, vti dictum
 est, ipsius fidem amplexi sunt. Ac nonnulli quidem per eos qui antè credide-
 runt, Patres & Prophetas, & Iudices, & reges, ac principes intelligunt, aliosque
 nonnullos Hebraici populi, qui facile recenseri possunt, omnibusque noti ac
 perspicui sunt. Nos verò aduersus eos, qui ita sentiunt, ad hunc modum disere-
 mus. Nec beneficij loco ducendum, nec nouum ac mirum hoc censendum est,
 iis nimirum, qui crediderint, salutem à Christo allatam esse: quippè cum solus
 ipse iudex æquitate præstet, nec periturus sit, quisquis ipsius verbis fidem adhi-
 buerit. Quocirca eos omnes salutem consequi, atque ad Dei ac Domini descen-
 sum inferni vinculis solui, necesse erat. Id quod etiam ipsius prouidentia confi-
 git. At verò cuncti illi, mea quidem sententia, sola ipsius benignitate ac miseri-
 cordia salutem acceperunt, qui etiam si alioqui vitæ puritate excelluissent, atque
 optimis quibusque actionibus perfuncti fuissent, tenuiterque ac temperanter &
 castè vixissent, tamen puram ac diuinam fidem haudquaquam perceperant, vt
 qui nulla omnino disciplina aut cuiusquam magisterio eruditi exultique fuis-
 sent. Hos quippè ille omnium moderator ac Dominus rebus diuinis inclusos
 sublimè traxit, eisque cum diuinorum radiorum splendorem iniecisset, ac veri-
 tatis lumen ostendisset, ita eorum animos inflexit, vt in eum crederent. Neque
 enim ille naturâ misericors tot labores frustra atque incassum ab ipsis susceptos
 fuisse sustinebat. Perdifficilem enim & ærumnosam, ac, supra quam dici queat,
 angustam vitam duxerant. Nam & animi perturbationibus imperauerant, & vo-
 luptates respuerant, & paupertatem ac continentiam ad extremum vsque colue-
 rant, & vigiliis sese confecerant, atque, vt paucis complectar, omnia virtutis mu-
 nera, haud piè illi quidem, sed tamen expleuerant, summæque prouidentia, vt
 quidem ipsis videbatur, præstantissimè, tamen si non sine erroris labe, cultum &
 venerationem adhibuerant. Quin fuerunt etiam nonnulli, qui diuinam omnipo-
 tentis Trinitatis fidem, exiliter illi quidem ac perobscure, sed tamen perceperunt.
 Alij autem Verbi incarnationem, venerandisque ipsius cruciatus, reditumque
 ad vitam prædicarunt. Alij ortum ex virgine, atque eadè nomen ipsius enun-
 tiarunt. Maria enim, inquit, nomen puellæ. Alij rursus eximia illa omnia,
 naturæque vim excedentia, à Christo edita miracula vaticinati sunt, hoc est
 mortuorum excitationem, cæcorum, mutorum, leproforum, surdorum, febrici-
 tantium, hydropicorum, ac manus siccitate laborantium, paralyticorum, at-
 que eorum, qui dæmonum intemperis vexabantur, curationem, obambula-
 tionem item in mari, & panum ac piscium benedictionem, rursusque aquæ in
 vinum commutationem, hæmorrhoidis denique ac curuæ prorsus muliercu-
 læ sanationem vti cum quamplurimis aliis rebus prædicentes. Hos, inquam,
 diuina Verbi potentia perire, optimarumque actionum fructu carere, minime
 sustinuit. Temporis enim pars, ipsi, vt diximus, commodata, in obscuritate haud-
 quaquam abiit: verum omnibus iis, qui vitæ curriculum honestè confecerint, ser-
 uata, cumlatiore postea mensura referuntur. Contrà, qui turpiter ac sceleratè vi-
 xerunt, nihilque omnino, quod cum virtute coniunctum esset, egerunt, nec se-
 men vllum aut fructum habuerunt: verum & vita, & sermone, & fide prorsus
 aber-

Psal. 6.
 Dei miseri-
 cordia ipsi
 seueritatem
 vincit.

Quia sola
 Dei beni-
 gnitate sa-
 lutem acce-
 perunt.

Trinitas à
 quibusdam
 Philosophis
 utcumque
 cognita.

A aberrarunt, nec pluuia diuina coelitus in eos fusa, vllum germen ediderunt (neque enim, vt iam à me dictum est, sementem vllam fecerunt) nec, vt prorsus steriles, illuciente ¹⁶ gloriæ Sole maturuerunt, his profectò nullo modo Christus profuit, nec lapsos, vt opinor, secum excitauit, vt qui salute penitus indigni essent. Quin ne in ipsum quidem eos credidisse existimo. Primus etenim ille ex superbia in tenebras lapsus draco, quem à prima ætate coluerunt, mentes eorum ac spirituales cordis oculos cæcavit, vt videntes non viderent, quemadmodum scriptum est, *Esa. 6.* & intelligentes omninò non intelligerent. Reliqui autem omnes, qui semen susceperunt, illapsa pluuia germen protulerunt, atque exorto Sole maturitatè contraxerunt. En quò nos oratio prouexerit, vt rem penè opertam & occultam iuuante Deo explicaremus, atque id non velut sententiam quandam pronunciantes (neque enim id patitur nostra indignitas) sed rationibus atque coniecturis, vt charitas postulat, vtètes. Hi sunt videlicet, vt quidè mea fert opinio, quibus Christus in ¹⁷ inferno salutè attulit. Sic igitur à nobis iuuante Christo demonstratum est, in inferno quoque confessionem extitisse. Nec verò hæc eò commemoranda duximus, vt prophetiam euertamus (procul hoc Deus auertat) sed vt planum faciamus, illum bonitate omni præstantiorem Dominum ab humanitate sua clementiæque vinci: quemadmodum in Ninie, Subuertetur: & tamen subuersa ac deleta nõ est, verum iudicij seueritatem benignitas superauit. Et in Ezechia, *Ion. 3.* *4. Reg. 10.* Difpone domui tuæ, morieris enim & non viues: nec tamen morte abreptus est. Et in Achab, Inducam, inquit, mala: nec tamen induxit, verum his verbis vsus est, *Esa. 38.* *3. Reg. 28.*

C Vide quo pacto compunctus est Achab. quamobrem in diebus eius mala non inducam. Hic quoque rursus benignitas latam sententiam vicit: quemadmodum & in plerisque alijs iudicijs, semperque vsque ad extremum referendæ mercedis tempus superabit. Nam tum nundinæ soluentur, nec ferendi auxilij tempus erit: sed vnusquisque farcinam suam gestandam habebit. Nunc verò & opis ferendæ tempus est, & tempus negotiandi, & tempus contrahendi, & tempus laboris & ærumnæ. Ac beatus quidem ille, qui spe minimè titubarit atque elanguerit. Beatior autem, qui & sua & proximi causa laborarit. Nam hoc etiam misericordem Dominum impensius oblectat & exhilarat, cum quisque ad proximum iuuandum celebri cursu contendit. Hoc, inquam, misericors ille vult, gratumque habet, vt nos omnes, tum in vita, tum post confectum vitæ curriculum, mutuo alijs ab alijs iuuemur. Neque enim alioqui ansam hanc nobis porrexisset, vt eorum qui è vita migrassent, in incruento sacrificio meminissimus, neque ¹⁸ vt tertio & nono, & quadragesimo die, ac denique anno vertente in eorum memoriam sacra obiremus (quæ quidem citra vllam controersiam Catholica & Apostolica Ecclesia, diuinitusque collectus ipsius populus, ¹⁹ constanter ac sine vlla ambiguitate retinet) nisi ²⁰ hoc in ipsius oculis rectum esset. Nõ enim dubium est, quin, si ridiculù id esset, fructusque atque vtilitatis expers, cum multi diuino numine afflati sancti viri, Patriarchæ, Patres, ac magistri extiterint, hoc cuiquam eorum in animum iniecisset, vt errorem comprimeret. Atqui nemo ipsorum ritum hunc sibi vnquam conuellendum & euertendum putauit: imò verò confirmauit: in diesque res hæc augetur, ac nouas subinde accessiones facit. Quòd si alios in super Historicos commemorare opus est, prodeat in medium ²¹ Gregorius Dialogus antiquioris Romæ Episcopus, vir, vt omnes norunt, tum vitæ sanctitate, tum eruditione ²² clarus ac celebris, quem, cum sacris operaretur, coelestem ac diuinum angelum sacrosancti muneris socium habuisse narrant. Hic cum per locum lapidibus stratum aliquando iter faceret, dedita opera constitit, intantissimisque pro peccatorum Traiani remissione preces ad animarum ²³ amantem & misericordem Dominum fudit, statimque vocem huiusmodi diuinitus emissam audiuit, Preces tuas exaudiui, ac Traiano ignosco. Tu verò posthac caueto, ne mihi pro impijs supplex sis. Quòdque istud verum sit, atque ab omni calumnia alienum, Oriens totus atque Occidens testantur. En hoc præstantius eo est, quod de Fal-

*De precib⁹
pro mortuis
nota.*

conilla refertur. Illa etenim præter idolorum cultum nihil aliud sceleris perpetrat: hic contra plurimos martyres crudelissima morte effecerat. Mirabilis es, Domine, & mirabilia opera tua: ac tuam omni sermonis facultate præstantiorem misericordiam laudibus vehimus: quoniam nunquamnon ad benignitatem atque clementiam pronus es, tuisque feruis, tum colendæ mutæ inter se charitatis, tum firmæ erga te fidei ac spei, occasionem præbes, nec frustra ac temerè per se uos tuos id nos edocuiſti, ut mutuo alij pro alijs beneficia præstetis, expiationesque & holocausta, hymnosque item & psalmodum cantus atque orationes obbeamus. Tu enim ab errore omni abes, distasque plurimum, atque ad largiendum promptus ac procliuſ es, ijsque qui in gloriam tuam quiduis offerunt, vicem infinitis partibus maiorem rependis: nec quicquam omnino ex ijs, quæ hominis tui causa fiunt, fruge sua & utilitate caret. Quocirca ne quis hoc existimet, Fratres ac Patres, ea quæ Deo cum fide offeruntur, non cum magno fœnore referri. Quemadmodum enim qui unguentum, aut aliud oleum sanctum ægrotto admo- uere cupit, primùm ungitur ipse, atque ita ægrotum deinde ungit: sic quisquis pro salute proximi laborat, primùm sibiipsi, ac deinde proximo, utilitatem affert. Neque enim iniustus est Deus, ut boni operis obliuiscatur, quemadmodum Apostolus loquitur. Quin & magnus quoque Athanasius in elegantissima illa Oratione, quam de ijs, qui è vita discesserunt, edidit, his verbis utitur: Etiam si in aëre collocatus sit illis, qui cum pietate diem vitæ extremum egit, tamen implorata Christi Dei ope oleum ac ceram ad ipsius sepulcrum accendere ne recuses. Grata enim & accepta hæc Deo sunt, ingensque ab eo præmium referunt. Oleum enim ac cera holocausti instar sunt: incruentum autem sacrificium, Deum placat. Beneficentia denique erga pauperes, bonæ omnis remunerationis incrementum est. Quamobrem ei, qui pro defuncto oblationem facit, idem sit propositum, quod illi, qui paruulum filium, ac prorsus infirmum & imbecillum habet: ac deinde eo morbo laborante cereos & suffumum cum oleo coniunctum ad diuinum templum affert, eaque filij nomine adoleat atque absumit. Non enim hæc puer ipse tenet, atque offert, quemadmodum nec renunciationes atque coniunctiones ipse obit, cum diuinitus regeneratur. Consimilem in modum existimet eum, qui extremo vitæ die in Domino perfunctus sit, cereos & oleum, eaque omnia quæ pro ipsius redemptione offeruntur, & manibus tenere, & offerre. Hac enim ratione per Dei gratiã ab eo scopo, quem cum fide intuetur, haudquaquam aberrabit. Nam & diuinarum rerum præcones Apostoli, & sacri magistri, & Spiritu sancto inspirati Patres, ac numine diuino, quantum fas est, correpti, potentiaque ipsius, quæ hominem extra se rapit, utcunque participes effecti, diuino ore, uti Deo gratum erat, ista omnia, hoc est Missas & preces, ac psalmodum cantus, anniuersariaque eorum, qui morte prærepti sunt, commemorationes instituerunt, atque sanxerunt. Quæ quidem ad hunc usque diem benigni Dei gratia, ab ortu Solis usque ad Occasum & Septentrionem ac Meridiem, in Domini Dei, qui regium in reges imperium obtinet, laudem atque gloriam augentur, ac nouis subinde accessionibus amplificantur. At, inquit aduersarius, si res ita se habet, omnes salutem consequentur, nec quisquam erit, qui ab ea aberret. Rectè sanè: atque utinam ita contingat. Hoc enim ipsum & sitit, & vult, & querit, & expetit, atque in hoc gaudet & oblectatur, ille bonitate omni sublimior Dominus, ut ne quis diuinis ipsius beneficijs excidat. Quid enim? An præmia & coronas angelis parauit? An ea de causa in terram venit, & ex virgine sine vlla corruptionis labe carnem suscepit, atque homo extitit, cruciatuque & mortem subiit, ut celestibus Mentibus salutem afferret? An angelis daturus est, Venite benedicti Patris mei: percipite regnum quod vobis paratum est? Hoc certè, ô aduersarie, dicere nõ potes. Verùm quemadmodum hominis causa passus est: sic & omnia ipsius causa parauit. Ecquis enim est, qui cum epulas instruxerit, atque amicos inuitarit, non omnes ipsos venire, ac bonis suis satiari velit? Quorsum enim conuiuium

Pulchra similitudo.

Dionys. lib. de diu. nom. cap. 4.

Ad. istarum oblectio diluitur.

Mat. 25.

Auium instruxit, nisi vt amicos suos exciperet? Quòd si hoc tantæ apud nos cura est, ²⁸ quid de munifico illo ac solo naturâ quamoptimo Deo dicemus, qui cùm largitur ac tribuit, maiore gaudio perfunditur, quàm is qui accipit, ac salutem maximam sibi comparat? Hoc itaque tecum reputa, quisquis es, qui de iis, quæ à nobis dicta sunt, ancipitis animi es, quòd quisquis ille sit mortaliù, qui exiguum quidem virtutis fermentum collegit, cæterùm non hoc confectus est, vt panem ex eo conficeret, verùm istud quidem in animo habuit, sed vel ob focordiam & incuriam, vel ob animi imbecillitatem, aut de die in diem dilationem id nequiuert, mortè que præuentus, ac præter spem ²⁹ dissectus fuerit, ³⁰ hunc æquus ille iudex ac Dominus haudquaquam obliuiscetur: verùm ipsi, postquam è vita discesseris, propinquos ac necessarios excitabit, eorùmque mentes reget, & corda trahet, & animos ad opem & auxilium ipsi ferendum inflectet. Atque ita, Domino diuinitus ipsorum corda tangente atque impellente, summa cum festinatione in hoc incumbunt, vt prætermittas ab eo, qui è viuis excessit, officij vices expleant. At quisquis rursus improbam ac flagitiosam vitam, atque vndique spinis oblitam, impurisq; materiis confertam duxerit, neque vnquam in instituenda vitæ ratione ³¹ conscientiam in consilium adhibuerit, verùm sine vilo metu ac delectu in voluptatum cœno sese volutarit, omnibus carnis cupiditatibus obsequens, de anima autem ne tantillum quidem laborans, affectumq; omninò carnalem habens, hic si ita hinc abreptus è vita migrauerit, neminem prorsus habebit, qui manum ipsi porrigat: verùm ea conditione erit, vt ne ab vxore quidem, aut liberis, aut fratribus, aut cognatis, aut amicis, quoquo modo iuuari queat: vtpotè quem ne Deus quidem vilo loco ac numero habeat. Mihi enim verò (iisque quibus ego charus sum) illud quidem, si fieri potest, contingat, vt mihi ipsi subsidiù feram, nec vllam officij partem inchoatam relinquam. Quòd si me fata antè interceperint, vtinam saltem ille amplissima misericordia præditus Dominus mihi propinquos & amicos inflectat, animasque ac corda eorum calore afficiat, vt per opera proba & Deo grata perquam lubenter ac promptè mihi suppetias ferant, & si quid, pro humana imbecillitate, officij prætermiserim, illud meo nomine post mortem meam expleant. Vtinam inquam, Domine, qui

Dmiraculorum es Deus, iisque, qui penuria conflictantur, liberalem manum porrigis, nihil in aduentu tuo, quod vel mihi desit, vel cuiquam eorum, qui fiduciam suam in te sitam habent, reperiri queat. Sic quippè is etiam, cuius antè mentionem fecimus, diuinus præco Chrysofomus clara voce docet ac vociferatur. Atque vt præclarissima ³² ac prorsus aurea ipsius verba rursus vsurpem, Si, inquit, cùm adhuc superstes esses, non eò progressus es, vt animam tuam omni ex parte probè compositam haberes, saltem illud in vitæ calce tuis manda, atque impera, vt post obitum tuum facultates tuas ad te transmittant, ac per opera bona, hoc est elemosynas & oblationes, tibi subsidiù ferant. Nam hinc quoque fiet, vt cum Redemptore in gratiam redeas. Hæc enim ipsi grata sunt, & accommodata. Ac rursus idem alio loco: In tuis, inquit, codicillis vnà cum liberis & cognatis cohæredem quoque Dominum scribe. Charta tua Iudicis nomen complectatur, nec pauperum memoriæ sit expers. Atque ego horum fideiussorem me profiteor. Nec verò his verbis ansam atque occasionem cuiquam damus, vt, dum viuit, ab elemosynis faciendis absteineat, easq; post mortem seruet. Absurdum enim omninò ac profanum id esset, atque à diuina Lege alienum. Quin potiùs id quidem pulcherrimum, Deo que gratissimum ac prorsus acceptissimum est, vt quilibet homo pius, Christi que amore præditus, per omnia probarum actionum genera sese purget, atque ab omni spurcitie cohibeat, clarissimisq; Dei præceptis arctissimè hæreat, vt cùm ad vitæ finem peruenerit, fidèti atque intrepido animo ad Dominum dicat, Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, sicque *Psal. 107.* adurgentibus angelis latus obuiam prodeat. Verùm ³³ paucis istud ac rarò contingit, quemadmodum ex his Domini verbis patet, Pauci sunt qui saluantur. *Mat. 7.*

Quanquam non simpliciter & absolute istud à summa sapientia dictum est, ve-
 rum perinde ac si quis per admirationem dicat, Quam parci sunt qui saluantur! Hoc
 igitur cum nobis sit exploratum, perquam difficile esse, ut quispiam in prima classe
 reperatur, secundam proinde, de Apostolorum ac Patrum sententia, necessa-
 rio subiungimus, nimirum ut per Dei benignitatem iis, qui in fata concesserint,
 utilitas afferatur, & charitas crescat, & resurrectionis spes confirmetur, & oratio
 fidelique in Deum robur concipiat, & crebrius, acrioribusque animis ad divina
 templa concursus fiat, & bene de pauperibus merendi studium amplificetur, la-
 tiusque sese porrigat. En quot nominibus res hæc utilis ac fructuosa sit, quotque
 rationibus nitatur ea utilitas, quæ defunctis affertur. Siquidem ³⁴ ea omnia, quæ
 recensuimus, ex ea occasionem trahunt. Alioqui si causam sustuleris, nihil est **G**
 quamobrem non ea quoque, quæ ipsam sequuntur, simul tollas. Etenim quæ tã-
 dem necessitas homines animi imbecillitate præditos adducet, ut excitentur, at-
 que istud munus expleant, nisi cõpertissimum habeant fore, ut de propinquis at-
 que amicis suis bene mereantur? Quin pauperum quoque portiones in testamentis
 ascribi desinent, simulque etiam & Missæ pro mortuis, & hymnorum ac psalmo-
 rum cantus sine habituri sunt, & quadragesima ³⁵ cum tertijs ac nonis, & anniuersariæ
 commemorationes & cerimonie, quæ quidem ³⁶ à magistris haud frustra inuentæ
 ac moribus receptæ sunt. Absit autem ut quicquam horum vilo modo ³⁷ vel sen-
 tiamus, vel suscipiamus. Quod si quis pro peregrinis ac pauperibus, quique alio-
 rum subsidiaria opera carent, nec quicquam in Missas piasque orationes relin- **H**
 quere possunt, ad hunc modum loquitur, Quid tandem iste ait? An quia ipsi opibus
 destituuntur, exterisque regiones incolunt, nulloque loco ac numero censentur,
 nec habent qui laboris socios sese illis adiungant, propterea salutem non assequen-
 tur? Iniquitas ergo in Deum cadet, siquidem habenti daturus est, non autem ha-
 benti nihil tribuet? Apagetur istud, ³⁸ quisquis ex ipso es. Iustus enim est Deus
 ac Dominus, imò, ut verius loquar, iustitia ipsa, & sapientia, & bonitas, & poten-
 tia vera, ac per se consistens. Quocirca pro sua iustitia, pauperi, ac rerum omnium
 inopia laboranti, copias amplissimas rependet: pro sua sapientia id aget, ut ea quæ
 ipsi desunt, permutatione suppleantur: pro sua potentia id quod robustum est
 frangat, & quod infirmum est corroborabit: pro sua bonitate id quod manibus
 suis effinxit, cõseruabit: nisi quis perspicue deploratæ improbitatis fuerit, rectam-
 que fidem contempserit, in eaque causa sit, ut sinistra ipsius lanx deorsum præ- **I**
 grauitate maiorem in modum propendeat. Narrant enim viri quidam diuinitus
 illustrati, hominum actiones in extremo vitæ spiritu, non secus atque in trutina,
 perpendi. Ac siquidem dextra lanx supra alteram efferatur, non esse dubitandum,
 quin quisquis ille sit, inter dextros angelos animam exhalet. Si autem paria v-
 triusque lancis momenta sint, Dei clementiam proculdubio victoriam obtine-
 re. Quin, ut à sanctissimis viris proditum est, etiam si trutina non nihil ad læuam
 vergat, tum tamen Dei quoque misericordia supplet id quod desideratur. Habes
 iam tres diuinas Domini sententias, quarum prima iusta est, altera benigna atque **K**
 humanitatis plena, tertia bonitatem omnem excedit. Sequitur quarta, quæ qui-
 dem tum denique locum habet, cum improba & flagitiosa actiones nimium
 præponderant. Eheu, Fratres: nam hæc quoque profectò iustissima est, ut quæ
 damfatis non nisi iusta pronunciet. At illud quidam commemorabunt, quod ab
 illo orbis vniuersi lumine beato Basilio dictum est, Nolite errare, Deus non ir-
 ridetur. ³⁹ Cadaver ad altare non adhibetur. Viuum enim, inquit ille, sacrificium
 tuum offer. Reges purpuratos ex mensæ tuæ reliquijs epulo accipere non potes.
 Etenim qui ex eo, quod redundat, offert, ut huius munus grato animo accipiat,
 fieri omninò nequit. Tu verò ea, quæ post exactum totius vitæ curriculum tibi
 superfuerunt, ei, qui te beneficiis affecit, offerre non dubitas? Ad hoc nos ita re-
 spondemus: Præclare magnus Basilius & loquitur & docet. Verum ad quos ora-
 tionem habeat, animaduertas velim. Nimirum ad auaros, ad raptos, ad homines
 ab omni

*Hominum
 actiones ve-
 lut in truti-
 na expen-
 dentur.*

*Hom ad
 diuites a-
 uar.*

A ab omni humanitatis foedere, ac misericordia alienos: quemadmodum ipse testatur, cum ait, Ad cor faxeum quor. Et rursus, Quoadiu in vita versatus es, voluptatibus ac deliciis indulgens, ac luxu diffuens, 40 pauperes, ne cōtueri quidem sustinebas. Nūc autē, cum ē vīa excessisti, quæ tandem merces operi tuo debetur? Ac rursus, Vicini domus luminibus meis officit. Et, Auarus nec tempus veretur, nec limites vlllos agnoscit: sed ignis instar 41 cuncta inuadit ac populatur, & rapidi fluminis in morē, in petra suo, quicquid occurrit, secum trahit. Et alia his similia, quæ quidem ij omnes, qui in sanctissimum huiusce viri librum sedulo ac diligenter incubuerunt, aduersus eos conferri non ignorant, 42 qui pauperibus non modo nihil dederunt, sed ea etiam quæ habebant, eripuerunt. Neque mihi quisquam

Hom. ead.

B hinc dicit. Potēstne reperiri quispiam homo eiusmodi, qui cum opibus circumfluat, pauperum tamen calamitate minimē commoueat? Ita certē inueniri potest, quemadmodum etiam, cum multis aliis temporibus, tum clarissimi quoque ac sanctissimi illius 43 Ioannis Eleemosynarij tempestate 44 inuentus est Petrus, quondam publicanus, qui ex summa inhumanitate ac morū truculentia ad summam ac numeris omnibus absolutam erga pauperes misericordiā sanctitatemque sese conuertit. Cum enim aliquādo, vt in beatissimæ ipsius vitæ libello proditum habetur, extra se raptus fuisset, suæque opera ad lancem expēdi videret, filigineum vnum panē, quem etiam ipsum ira percitus in pauperis cuiusdā faciem saxi loco coniecerat, in dextra trutinæ lance conspexisse dicitur. Atque hac visione commotus, ad ingentem pietatis magnitudinem beatus hic vir euasisse fertur. Itaque

Ioannis Eleemosynarij historia.

C facile ac sine vlla dubitatione constat, ad quosnam magnus Basilius eam Orationem condiderit. Nam eo tempore fames ingens atque atrox exorta erat: ac diuites quidem tenacitate atque auaritia victi opes suas comprimebant: pauperes contra egestate ac fame confecti peribant. Quamobrem diuinus hic pastor aculeatis, simulque & inflectendi facultate præditi, & ad perstringendos animos accommodatissimis suis sermonibus diuitum horrea patefecit. Nisi enim hoc orationis genus adhibuisset, nec pauperes fame leuati, nec rursus diuites ad misericordiam inflexi fuissent. Atque hæc quidem ille, Nos verò pro virili nostra provideamus, ne in horrendo illo & extimescendo die, hoc est in secundo Iudicis aduentu, à

D propinquis necessariisque nostris eo nomine accusemur, quod eorum saluti consulere neglexerimus, ijque præsertim, 45 quibus id ab illis mandatum fuit, velutque fidei nostræ commissum. Neque enim hoc quisquam existimet, nos in formidabili illo coetu ignotos inter nos fore. Nam profectò proximum quisque suum agnoscet, non quidem ex corporis figura, verum perspicaci animæ oculo. Vnde hoc demonstremus, poscis? Audi Christum Dominum in pauperis Lazari parabola id apertè docentem. Sublatis, inquit, oculis diues pauperem Lazarum in Patriarchæ Abraham sinu sedentem, itemque Abrahamum agnouit. Nec est quod quisquā hoc contendat, quia parabola res ea sit, idcirco quod probandum suscepim, haud satis probatum atque confirmatum fuisse. Quandoquidem diuinæ Saluatoris nostri 46 narrationes, tam certarum ac stabiliū rerum sunt, quam

Luc. 16.

Christi parabola non sunt contentende.

E earum quæ contingere possunt, aut etiam 47 quæ certissimis argumentis nituntur. Quin vt est apud Ioannē Chrysostrum, non eos duntaxat, quos hinc nouimus, sed eos quoque, quos nunquam vidimus, agnoscemus. Nam nec Abrahamum, nec Isaac, nec Patriarchas, nec Prophetas, nec Apostolos, nec Martyres vquam vidisti: & tamē, cum eos in amplissimo illo & horredo coetu cōspexeris, protinus agnosces, ac dices, En Abraham & Isaac, & Iacob, & ceteri Patriarchæ. En Petrus & Paulus & omnes Apostoli, En Dauid Dei parens, & Prophetarū examen. En præcursor Ioannes, & Stephanus princeps martyr, & sanctorum agmen. Ac rursus ille diuinarum rerum peritissimus Basilius ad auaros sermonem habens: Non tibi, inquit, Christi tribunal ante oculos pones? cum videlicet ij, quos iniuria affeceris, vndique te cingēt, & clamoribus insequentur? Nam quocumque tandem oculos conuerteris, perspicua scelerum tuorū simulacra conspicias: hinc pupillos,

illinc viduas, aliunde pauperes quos pugnis contudisti, famulos quos flagris lacerasti, vicinos quorum animos offendisti, & quæ deinceps sequuntur. Beatus item Effrem exactissima secundi Christi aduentus cognitione imbutus, ad hunc modum loquitur: Tuhe, inquit, liberi parentes condemnabunt, vt qui probis actionibus minimè animum adiecerint: atq; in illa hora familiares ac necessarios suos miseri cernent. Cumque nonnullos ex ipsis in dextra parte collocari viderint, sancti ab ipsis, ⁴⁸ extremumque valè ipsis dicentes, in fletum erumpet. Ac rursus ille Theologi cognomentum consecutus: Tunc, inquit, Cæsarium, clarum, illustrem, & gaudio exultantem perspiciam: qualis mihi etiam in somnis visus es, fratrum charissime. Ille insuper, & vita, & doctrina clarus, Ecclesiæque Dei columnen, Athanasius, de iis qui in Domino mortem obierunt, ad hunc modum **G** verba facit: Illud quoque Deus iis, quorum certa salus est, concessit, vt vsque ad communem resurrectionem animis vnà versentur & oblectentur, diuina beneficia, quæ ipsis tribuenda sunt, expectantes. Peccatores contra ⁴⁹ hac quoque consolatione orbatii sunt. Non enim eam vim habent, qua sese mutuo internoscant. At verò in amplissimo illo ac generali theatro, quemadmodum actiones omnium delectæ, ita omnium quoque facies omnibus notæ atque conspicuæ erunt, quoadusq; omnes extremum à se inuicem seingantur, atque, ⁵⁰ quem sibi quisque locum parauit, in eum mittatur. Ac iusti quidem, & cum Deo, & secum vnà erunt: peccatores autem in exteris ac miseris locis, etsi alij cum aliis, sic tamen vt mutuo sese minimè agnoscant. Nam huiusmodi quoque, vt antè dictum est, solatio carebunt. **H** Quorū enim alioqui pudore suffundentur ij, ⁵¹ qui tum in pudore atque infamia versabuntur, si non omnibus conspicui sint? Etenim tum denique ingens & grauis pudor oboritur, cum quispiam simul & agnoscit, & agnoscitur. Quisquis epim erubescit, eos demum, quibus notus est, erubescit. Quandoquidem is, qui ignotus inter ignotos versatur, in nulla propemodum infamia versatur, cum erubescit. Quod itaque omnes nosmet mutuo agniture simus, extra dubitationem omnem & controuersiam est. Ac tum omnes, qui turpiter & foedè vixerunt, ante omnium oculos coarguentur. Ac proinde, ô miseros omnes mei similes! Et, vt beati Effrem verbis vtatur, vā ijs, qui in sinistro ordine censentur. Contra, beati, ac summè beati, quos Dominus à dextris collocabit, quiq; **I** benedictam illam ⁵² vocem audient: quam vtinam diuino beneficio nobis omnibus, qui orthodoxam fidem seruauimus, audire contingat, ac bonis illis omnibus impleri, quorum pulchritudinem, nec mortalium oculus vidit, nec aures prorsus audierunt, nec mens omninò cogitatione complexa est. Amen. Ita contingat, Domine, vitæ dator, intercedente purissima matre tua, materiaque carentibus ac venerandis angelis tuis, atque omnibus simul sanctis tuis, qui tibi ab orbe condito grati fuerunt.

Orat. fin-
nebr. in
Cesar.

Impij in
iudicio ex-
tremo sese
minimè ag-
noscent.

1. Cor. 2

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORAT.

1 Ad edendum) *εις βρώσιν* addo ex manuscripto libro, ad quem emendatum suum codicem mihi vtendum dedit vir doctissimus Ioannes Curterius. 2. Eos qui voluerint) *τῶν βυλομένων δεξιωσόμεθα*. Hoc loco nec quid *δεξιωσόμεθα* significet, vidit Oecolampadius, nec quod referendum sit hoc participium *βυλομένων*. 3. Sanctam pollicitationem) Vide vlt. schol. nostrum in eam Orat. 4. Excogitemus) *Græcè ἐπινοήσωμεν, ἐμποιήσωμεν* tamen habet lib. manuscriptus. 5. Gregorius Nyssenus) Hic locus non extat in operibus Nysseni, quæ hodie circumferuntur. 6. Vt alij aliis opitemur) *M. S. habet ἀλλήλους ἐπιτεφίσσωμεν*, non *ἀλλήλους ἐπιτεφρήσωμεν*. 7. Improuisò) *Græcè legitur ἀσυμφάτως* à verbo *φάτω*: quæ vox mihi hoc loco corrupta videtur. Nam cum hic agat Nyssenus de ijs, qui præter expectationem hinc excefferunt, profectò priuatiua littera *a* cohærere hoc loco non potest cum *φάτω*. Quod autem verti, Improuisò, hoc ideo feci, quod vox illa *ἀνεπίμοως*, quæ mox sequitur, id postulare videatur. 8. Dum de proximi) Manuscriptus ita habet, *μακαρισμὸν ἐκ τῆς περὶ ζῆλον τῶν ἰδίων σὺν τῆς πέλας ἐνεργετικῆς ψυχῆς ὅτι μάλιστα*. i. Beatitudinem hinc collequitur, suamque animam

- A** animam vnâ cum proximi animâ quàm maximo beneficio afficit. 9. An non ea) Huius rei mentio fit in Græcorum Euchologio cap. 96. De mortuis. Sic enim illic orat Sacerdos: *ὡς ἐπιήκειας τῆ θελήσει σε θελήσει τῆ φωνομαρτυρι, τῆ ἐπι μιν τῆ ἀντιῆς εἰδωλολάτριδι, καὶ ὡς παρῆδες τῶ δέσπον ἀντιῆς, ἀλλ, ὡς ὑπεράγαθος καὶ εὐδιδάκαλος, εὐδικασίας σὺν ἡδονῆ γράμην, καὶ ὡς ἐλυσεας τῆς μάτηρος τραϊανόν δι ἐκλενός ἐν τεύχεως τῆ δ' ἔλου σε γρηγορίας τῆ διαλογῆς, ἐπάκισσον καὶ ἡμῶν δεομένων σε, ἐκ ἐπιδωλολάτριδι, ἀλλ, ἐπὶ τὸν πῆσαι σε δ' ἔλου παροργισαί σε δι ἀσθενείαν. i. Ut voluntate tua Theclam primâ martyre exaudisti, pro matre sua Icolorum cultrice orantem, nec ipsius preces contempsisti, verum, vt suis amè bonus ac reconciliatu facilis, veniam ipsi concessisti: ac rursum, quemadmodû Traianum per intentam ferui tui Gregorij Dialogi intercessionem flagro soluisti, exaudi etiam nos te orantes, non pro Idolorum cultrice, sed pro fideli seruo tuo, qui te propter imbecillitatem ad incundiam prouocauit. 10. Prophanâque) In vulgatis libris legitur *ἀνὴρ*. M. S. habebat *πανιέρ*. Ego, sublata primalittera, *ανιέρ* lego. Hac enim voce sapè vitur Dionysius *ἀνὴρ τῆ ἀμύνης*, vel, *ἄλληνος*. Atque huic etiam lectioni suffragatur vetus interpretatio, quæ habet, prophanâ. 11. Ad Lausiacam Palladij historiam) In illo tamen Palladij libro huius historiam nulla omninò fit mētio. Verum in libro, qui Doctrina patrum inscribitur, cap. De exemplis & doctrina vitæ spiritualis, eam inueniri doctissimus ac de litteris optime meritus vir Gentianus Heruetus in Palladianæ versionis fronte admonuit. 12. Sine exceptione) Hæc à D. Gregorio Naz. mutuari videtur, qui Orat. 2. in Pascha his verbis vitur: Cognosce quæ duplicis descensus ratio fuerit, vtrum omnes sine vlla exceptione aduentu suo saluos fecerit, an illic quoque (hoc est in inferno) eos duntaxat, qui crediderunt. Vide etiam quid ibi Nicetas dicat. 13. Nec beneficij) Multa hoc loco sequuntur Iambicis versibus: sed in quibus tamen pedum pœtus, quàm quantitatis, ratio seruatur. Eaque de causa oratione soluta ea vertimus. 14. Naturæ vim excedentia) Pro *ὑπερφείας, ὑπερφύσιν* habet codex manuscriptus, & post *ἐπιφύσιν*, hic versus ponendus est, *παρὰ λελυμένων καὶ δαίμωνων ἰσίων*. 15. Non sustinuit) Hic in Græco pro *περιδέν, παρὶ δέν* reponendum est. 16. Gloriæ Sole) In M. S. pro *τῆ τῆς δόξης ἡλίου*, habetur *τῆ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου*: quæ lectio, quanquam ad sensum, imò & ad Scripturam sacram, quæ Deum iustitiæ solis interdum vocat, accommodatior videtur, tamen pedum ratio, quæ in his versibus exactè seruatur, eam me sequi prohibet. Sequenti versu pro *ἀκαρπον, ἀκαρποι* legendum est M. S. 17. In inferno) Post, *ἐν ἄδην, καὶ ἐλθῶν* habet M. S. quæ tamen vox, aut superuacanea est, aut legendum *εἰς ἄδην*. At non dubium quin pro *δέκλαι* legendum sit *δέδεκλαι*. 18. Tertio & nono die) Ex hoc loco apparet antiquitûs in Ecclesiâ tertio & nono & quadragesimo ab obitu die, ac demum anno vertète, celebrem in tremendis Missæ mysterijs defunctorum memoriam fieri consueuisse. Quod etiam ex Niconis tractatu de pessima Armeniorum religione liquiddò constat. Illic enim his versibus vitur: Quinetiam pro mortuis ouium & boum sacrificia peragût, nec defunctum aliter saluandum existimant, nisi tertijs & nonis & quadragesimis eius diebus simodum sacrificia peracta fuerint. 19. Constante ac sine vlla ambiguitate retinet) Post *καλέχει* punctum figendum est, ac delendum hoc vocabulum *διάγνωσα*, autoritate M. S. codicis. 20. Nisi hoc in ipsius oculis rectum esset) In manuscripto libro, pro *εὐχῆς, εὐσεβῆς* habetur. Neutra lectio improbanda. 21. Gregorius Dialogus) Sic à Græcis vocabatur sanctissimus ac doctissimus pontifex Gregorius, ob Dialogorum libros, quos conscripsit. De hac autem historia vide D. Thomam in 1. lib. Sentent. dist. 43. quæst. 2. & in 4. lib. distinct. 45. quæst. 2. Græcos certè credo hanc historiam, siue, vt plerisque videtur, fabulam, hinc acceptam in suum Euchologium transtulisse, loco suprâ citato schol. 9. 22. Tum eruditione clarus & celebris) *ἀξίακτος* habet liber manuscriptus, non *ἐξάκτος*.*
- E** Ego tamen vulgatam lectionem libentiùs amplector. 23. & misericordem) καὶ φιλοκλιρίμονα addo ex manuscripto. 24. Vicem infinitis) Post *ἀνὴρ ἰδοσιν, νέμεις* habet M. S. & rectè. 25. Magnus quoque Athanasius) Hæc oratio inter Athanasij opera hodie non extat. 26. In aëre collocatus sit) *εἰς ἀέρα καταπέδη*. i. vt opinor, suspensij pœna affectus sit. 27. Renunciationes & coniunctiones) *ἀποταγῆς καὶ συνταγῆς*. Oecolampadius vertit, Diuinæ regenerationis constitutiones: sed malè. Alludit enim hoc loco noster Author ad hæc verba, quæ qui apud Græcos baptismum suscipiunt, proferrè consueuerunt, *ἀποτάσσομαι σοι σατανά, καὶ συντάσσομαι σοι, χριστέ*. i. Nunquã tibi remitto Satana, & adiungor tibi Christe. 28. Quid de munifico) Post hæc verba, *τῆς οὐκείας φιλίας* sic habet M. S. *καὶ θεραπεύσαι αὐτῆς ἔρω καὶ μεγαλοδωρῶ καὶ μόνω φύσει ἀγαθῶ θεῶ ἐπίσπουδον*. Vtraque lectio eodem recidit. 29. dissectus fuerit) *μερισθεῖς*. Alludere videtur ad illud Euag. 24. ca. Diuidet eû, partemq; eius cû hypocritis ponet. Quod enim illic est *διχομήσασθαι*, hic per *μερίσασθαι* significatur. 30. Huc æquus ille iudex haudquaquã obliuiscetur) Hoc loco fœdissimè hallucinatus est Oecolamp. qui hæc verba *ἐκ ἐπι*

ληθ' ἡσείαι παρὰ τῆς δικῆς κριτῆς, vertit, Non appellabit à iusto iudice. In quo certè pu- F
 dendo errore lapsus est. 31. Conscientiam in consilium adhibuerit) Gr. ὅς ἐδέξατο
 συνειδήσει διήξεν. Manuscriptus codex habet συν εἰδήσει ἤξεν. Vulgatam tamen lectionem
 retinendam censeo. 32. Ac prorsus aurea) Pro χερσὶ ἀπὸν, χερσὶ τῶν habet M. S.
 liber. 33. Paucis istud) ὀλίγοις hīc addo auctoritatē M. S. 34. Ea omnia quæ recen-
 suimus) Hoc loco pro καταλλαγέντων, καταλεγέντων reponendum existimo. i. τῶν παρρη-
 ρημένων vel, παρρηθμημένων. 35. Cum tertiis ac nonis) περιτένια (α enim hoc loco idē
 est quod τριτάτη ἐννιάται, vt liquet ex schol. 18. 36. à magistris) πῆρὰ τῶν διδασκάλων
 addo ex M. S. 37. Vel sentiamus) Gr. μὴ γένοιτο ἡ δόξά σου καθόλου, ἢ παρὰ τῆς ἐξου-
 πιατῶν. Vide autem quàm luculento hīc quoque errore lapsus sit Oecolamp. cum hæc
 ita trāstulit, Absit ne tanta vel damna admittamus, vel cōmoda relinquamus. 38. Quis-
 quis ex ipso es) αὐτῶ legendū, nō αὐτῶ. 39. Cadaver ad altare) Apud Basilium pro θυ-
 σίαν, θυσιαστήριον habetur. Cui etiam lectioni astipulatur manuscriptus liber. 40. Pau- G
 peres ne contueri quidem sustinebas) Oecolampadius præposterè, Non ferens vt te pau-
 peres vel aspiceret. 41. Cuncta inuadit) ἐπιλαμβάνει habet M. S. & rectè. 42. Qui
 pauperibus) hoc loco in Græco expungendum est vocabulum ἐν πολλῶ, vel certè per ἐν-
 πολλῶ eleemosyna significatur, quòd lege diuina imperata sit. 43. Ioannis Eleemosy-
 narij) Hic fuit Archiepiscopus Constantinopolitanus, de quo vide Nicephorum lib. 18.
 cap. 34. Quanquam idem alium quoque Ioannem ἐλέημονα .i. misericordè prædicat e-
 odem lib. cap. vlt. quem Episcopus Cyprium fuisse narrat. 44. Inuentus est) παρρηρη-
 γαι Oecol. vertit, Sicut & dictum est, quasi esset in Græco παρρηρηγαι. 45. Quibus id
 ab illis mandatum fuit) ἐπιτροπιῶ enim hoc loco pro mandato potius accipio, quàm pro
 tutela. παρὰ τῆς αὐτῆς autem vocabulum, quod mox sequitur, et si de depositis pecuniis acci-
 pi posse non inficior, tamen simpliciorē sensum video mihi secutus. Loquitur enim de
 iis, quos amici ac propinqui morietes obtestati sunt, vt sua causā preces ac Missas celebrā- H
 das curarent. 46. Narrationes) Hoc verbum in Græco desideratur. 47. Quæ cer-
 tissimis) καὶ ἀποδεδειγμένων. Ego certè vocabulum hoc, quod præcedit, ἐστῶσαν, delen-
 dum esse suspicor. Quorsum enim attinet tria parabolarum genera inducere? Hoc quippè
 velle videtur Auther, duplex esse narrationum Christi genus: vnū earum rerum, quæ
 contingere possunt, alterum earum quæ verè contigerunt. Itaque ἀποδεδειγμένων hīc
 idem est quod ἀληθῶς γενομένων. Oecol. hīc vertit ἐνδεχόμενων, Sicut in eis contentæ sunt,
 turpiter videlicet ignorans quid significet ἐνδεχόμενων. 48. Extremumque vale ipsis
 dicentes) Non mireris, Lector, me hoc loco σωτακτήριον ita transferre, quasi in Græco
 sit ἀποτακτήριον. Idē enim hīc planè significat. In eòq; sensu nō rarò apud Græcos Theo-
 logos hæc vox vsurpatur. Vnde etiam Oratio ea, qua Gregorius Constantinopolitanos
 extremum alloquitur, σωτακτήριος λόγος dicitur. i. ἀποτακτήριος. Ac doctissimus etiam I
 ille Dionysij Areopagitæ Scholiastes Maximus eodem planè significatu hæc vocem accep-
 pit in capite Scholiorum suorum in lib. De diuin. nominib. cum ait: ἦνθα ὁ παῦλος ἐν
 ἀσία σωτάσεται παῖς ἐκκλησίας αὐτῆς, Illic enim σωτάσεται nil aliud significat, quàm
 ἀποτάσεται. Innuit enim locum illū, qui est cap. 20. Act. vbi Paulus Afige Ecclesiis extre-
 mam salutem dicit. Eodēque planè modo accipitur apud Amphilocho. in vita Basilij, &
 in vita S. Stephani Iunioris. 49. Hac quoque consolatione) pro παρρησίας, παραμυ-
 θίας lego cum manuscripto codice. 50. Quem sibi quisque parauit) αὐτῶ addo ex
 M. S. 51. Qui tum in pudore) pro κεληχημένοις habet M. S. lib. κατοικημένοις. i. τελευ-
 τήσασιν. Mihi tamen vulgata lectio ad Authoris mentem propiùs accedere videtur. 52.
 Vocem audient) Pro ἀκρίσει habet M. S. ἀκρίσει, & rectè.